

DECISIONES
AVREÆ SIVE
tractatus utilif-
simus

CASVVM QVOTIDIA-
NORVM IN MATERIA CRI-
minali, feudali, deq; iure feudi ac-
crescendi, & Dotum,

QVONDAM AB ILLVSTRI
Iureconsulto FABIO ARCADE
ROMANO *recitatae.*

Quibus coronidis vice adiectæ sunt
etiam aliæ quædam Decisiones
Camerales utilissimæ.




FRANCOFVRTI,
Apud M. Zachariam Palthenium.

Anno M. D. XCVII.

TYPOGRAPHVS
BENEVOLO LECTO-
RI SALVTEM.

Non minus elegās, beneuole Lector, quam
vulgatum hoc: spartā nactus es hanc or-
na. Quo quidem & ipse officij mei cōmo-
nefactus, omnes mihi neruos eo intendendos duxi,
vt nullam adiuuanda rei literaria rationem, nec
vllam, quantum eius fieri potest, Apellis exemplo,
diem sine linea quasi praterlabi permittā. Huius
igitur rei deliberanda gratia, cū nuper accessissem,
virum quendam doctriina & rerum vsu præditum,
inter alia variarū rerum ad forensis praxeos quo-
tidianum vsum pertinentium quasi Syluam osten-
dit. Quæ si pro instituto adornata in lucem ali-
quando ab ipso dabitur, non dubito, quin magnas
ille ab omnibus pene forum sequentibus gratias sit
commeriturus; Quanquā enim præclara huius ar-
gumenti opera quædā in publicū prodierūt; In his
tamen etiam præterea Lectorem quædā non minus
utilia & necessaria reperiturū certo mihi persuasum
habeo. Quod etiam si ipse quoq; non negauerit, va-
ria tamen variorum iudicia subuereri mihi visus
fuit. Interim flagitanti mihi, vt ex multis alijs se-
quentes tantummodo hac vice decisiones in com-
munē vsum imprimendas communicaret, id tan-
dem, pro ea, quæ est ipsi humanitas, annuit; Hac
itaq; si tibi, beneuole Lector, arridere apparebit,



TRACTATUS CASVVM
CRIMINALIVM DOCT.
FABII ARCADIS DE NAR-
nia Romani.

CASVS PRIMVS



LIQVVS commisit
homicidium, & de
hoc constat. Itatam
de Iure Canonum,
quam de Iure Statu-
tario sit decollan-
dus, *iuxta l. sancimus C.*

de pœnis. Tãdem iudex propter causam
aliquam, quia aliquis scripsit iudici, vt
parcat reo, ei pepercit. Quæritur nũc,
*An iudex nihilominus, vtcunq; recesserit ab
ordinaria pœna, possit aliam pœnam corpora-
lem minorem imponere, vtpote ei amputare
manum, vel oculos eruere?* Et dicendum
erit, quod non, sed quod tantum in pe-
cunia puniri possit, non etiam in cor-
pore, ex quo semel a pœna ordinaria

mitis & quod inde tumultus oriri posset in imperio. Tamen pro decreta immisione iudicabant exsecutores speciales dandos. Maior autem pars concludit super vtraque dandos exsecutores, quia ius nō resistat & ordinatio Imperii hoc expresse non prohibeat. Voluerunt tamē quod si deputati propter potentiam Comitis vel aliam iustam causam sese excusarent, quo releuans esset, quod deinceps causa nō esset remittenda, 8. Octobris, anno &c. 41.

F I N I S.